



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 131. Estutevillæ Cardinalis obitus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](#)

Sæcul.XV. pulsam tam impotenti ira commovebatur, ut nunquam illam vexare desisteret  
A.C. 1483. sed eam suis ditionibus qua vi, qua fraude exuere moliretur.

## §. CXXX.

*Martini Lutheri ortus.*

Hoc anno millesimo quadringentesimo octogesimo tertio die decima Novembris notissimus ille Hæresiarcha Martinus Lutherus Islebiæ natus est, h[ab]et tre Joanne Lotter seu Lauther, Mat[er] vero Margarita Lindeman: Affirmat Cochlæus, illum in Baptismatis fonte Martinum fuisse nuncupatum, eo quod pridie ad festum S.Martini natus esset.

## §. CXXXI.

*Eustevillæ Cardinalis obitus.*

Ecclesia eodem tempore, quo in finem suum receperat Martinum, qui quodam crudelissimus Matris suæ perfector existeret, orbata est fortissimo defensor suo, cum hoc anno vel juxta non nullos anno priori, Eustevillam Cardinalem vivis ereptum luxisset. Erat filius Joannis de Eustevilla ex Margarita de Harcuria natus primo Andegvensis Archidiaconus, postea, ut quidam recentiores Historici referunt, Prior S. Martini de Campis Lutetiæ Parisiorum renunciatus est. Fertur quoque, quod dimittit

*Harcour*

renuntiatus, dimissa Bitervensi sede, ad E. Sæcul. XV.  
piscopatum S. Joannis Maurianensis in Sa-

A.C. 1484.

baudia, demum a Nicolao V. Pontifice ad  
Archiepiscopalem Rothomagensem Ec-  
clesiam vocatus fuerit. Eundem anno

Matth. Hist.  
Lud. XI.  
lib. 10.

millesimo quadringentesimo trigesimo se-  
ptimo, vel juxta alios elapo blennio  
die decima octava Decembris Eugenius IV.  
Cardinalium Collegio adscriptis, simul-  
que titulum S. Martini in Montibus ad-  
jecit, eo autem relicto Cardinalis ad  
Portuensem Insulam promotus, dein  
translatus fuit ad Ecclesiam Ostiensem  
& Velerinam, tandem etiam Apostolicæ  
Sedis Camerarius nominatus est. Pro  
tuenda justitia semper intrepidum gere-  
bat animam, merito a Francisco Phile-  
pho Columna & columnæ Romanae  
Ecclesiæ appellatus, cui etiam Jacobus  
Cardinalis vulgo dictus Papiensis suos  
commentarios nuncupabat. Commu-  
nior Scriptorum vox est, illum Mense De-  
cembri Romæ mundo valedixisse, atque  
in Ecclesia FF. S. Augustini, quam a fun-  
damentis extruxerat, tumulatum fuisse.

Ibidem sæculo decimo septimo in perpe-  
tuam hujus Viri memoriam erecta est ex  
marmore statua cum elogio, quod Ughel-  
lius, aliquique Historici recitant. (\*)

Ughel. in  
Ital. sacra.  
Phileph. lib.  
25. epist. 15.  
& lib. 31.  
epist. 50.

§. CXXXII. epist. 50.

(\*) Inscriptio, quæ in templo S. Augustini  
legitur, sequentis est tenoris:

Hist. Eccles. Tom. XXX.

M D.O.M.